

Plausus musarum ... dn.
m. Andreae Johannes Prytz
O-Gotho ... quando post
p...

1 Ic 1647 Prytz, Johannes Andreae



National Library
of Sweden

23c
PLAUSUS MUSARUM,

Reverendâ pietate, insigni gravitate, eruditione & experientia multiplici Excellentissimo VIRO,

DN. M. ANDREAE JOHANNIS PRÆB. O-GOTHO,
Superintendenti Gothoburgico Eminentissimo
ac Theologo celeberrimo;

Quando post plurima tam de republicâ literariâ, quam Ecclesiâ Christi, merita; ex peculiari Dei beneplacito, S. a. R. a. M. tis singulari Gratiâ & decreto, totius Cleri patrij consensu atq; unanimi patriotarum voto ardentissimo; ad mitram Diœcesios Lincopensis Episcopalem capeſcendam, Gothoburgo evocaretur:

Decenti quod solennitate Holmiæ peractum est 4. No-
nas Martij, Anni æræ usitatæ, post seculum deci-
mum sextum quadragesimo septimo.

*A clientulis suis & patriotis, in Regiâ Christinèâ
Universitate Musis litantibus; affectu quidem ut
calidissimo, sic humilimo, simplicissimè
tamen datus.*

•s(o)s•

A B O Æ


Excudebat Petrus Wald / Acad. Typogr. 1647.



55 * * * * * 550

Curriculum vita justâ suspendere lance,
 Fas, PRITZ clare, tua; cernimus (ecce) gra-
 Si juvenilis spectetur quid contulit atas, (dus.
 Scandere te fecit pulpita docta Sophum,
 Post fidus fueras RECTOR, Clarusq; PROFESSOR
 Tum SUPERINTENDENS Regis ab ore cla-
 Siftisne hic cursum? conscendis Præsulis arcem. (ens.
 Sed jussus, mitram ritè creatus habes.
OST Gothia es PRÆSUL, qua temet vidit in auras
 Nascentem, in Cathedrâ jam videt esse suâ.
 Crescere paulatim, summosq; attingere honores
 Non subito, est pulchrum conveniensq; bonis,
 Contigit hocce tibi, Præsul clarissime; honoraq;
 Crevit, perq; gradus cognitus ille suos.
 Hinc tibi vota canam devoto pectore prompta;
 Perfelix capiti mitra sit ista tuo!
 Prospera sit capiti, reliquis quoq; prospera membris
 Haud alitèr corpus tempus in omne viget.
 Utq; soles Phœbi cultoribus esse benignus,
 Illisq; auxilio Præsul adesse tuo;
 Sic quoq; jactatum me suscipe mille procellis,
 Et Pater ES Portus sis precor ergo meus.

In debiti Honoris, observantiz & Subiectionis aliqua
 documentum, hæc paucula, animo gratulabunde
 reverenter offert.

PETRUS 
 Theol. Stud.

*S*ol voluti magnus totum orbem lumine lustrat,
Res mundi cunctas atq; calore fovet.
Dogmate sic populum sacro *Præsul Reverendus*,
Illustratq; viam monstrat ad astra poli.
PRYZIUS est ipsi nomen quod noscere multos.
Censeo, nec fallor; Plurima facta probant,
Huius est dudum promptè Lincopia gnara.
Sunt docti testes & schola percelebris.
Solanum Patriæ sic testaturq; lycæum.
Amplø perfunctum munere ritè suo.
Dum suadæ studium celso de ponte cathedræ,
Edocuit celebris mente fideq; bonâ
Testatur plenis buccis Vestgotthica turba,
Cujus erat *PRÆSUL*, dexteritate suâ.
Quæ se vult ægrè privari antistite tanto;
Rectè urget quoniam dogmata sancta Dei,
In patriam charam nunc ut præsitq; cathedræ,
Majestas, clerus, plebs quoq; sed revocant.
Spontè ipse sequitur quoquò fuerit revocatus,
Rectori summo debita quæq; referunt.
Nos indè læti lætemur pectore pleno,
Psallentes meritò jam pia vota Deo.
Qui dederat lumen Splendens ad lumina regni,
Ostgotthico populo, quod precibus petijt.
Salve igitur Præsul Magne, atq; Patrone Benigne,
Doctrinâ es clarus, splendida fama micat,
Per te quam dulces crescant feliciter uvæ,
Fructus præstantes, in Domini vinca.
Syncerum summi cultum spectantia Jovæ,
Sub moderamine stent firma tuo, petimus.

Sanguine lateris nunc Stangh/celebrate Polono,
Et ripas Gothicas murmure lambe levi.
Garrula vicinis applaude ex montibus aura,
Plaudite cum pratis, florea rura, novis.
Tu veneranda cohors, tristi quæ facta dolore
Præsulis ob mortem Lincopiensis eras;
Orphana quæ miseris lachrymas, gemitusq; frequentes
Fudisti, cleri collachrymando patrem;
Haud ignara levis, nauclero orbata, carina
Quod nequeat felix puppe secare fretum:
Oceanum prompta in vastum, portare protervis
Ingratam ventis, nunc dato tristitiam;
Nam rediviva venit vobis fax: splendida, pulsis
Tristitia nebulis, Phœbus en almus adest.
Præsul adest clero sanctus, comptosq; capillos
Insula cui cingit Phrygia, Præsul adest:
Andreas Prutz/ Præsul adest nunc, Ubsala quondam
Quem inter Doctores viderat eximios,
Sublimi ex cathedra, juvenes quos inchoa Pallas,
Ubere alit gravido, verba docere sonis
Æmula nestoreis. Sacrisq; operata juventus
Lincopiæ experta est ordinis hocce decus
Toeul, vici, se sacra docens mysteria verbi,
Et pietate gravi, mystica bella gerens.
Nuper Pastorem vidit Burgumq; Gothorum
Nectare Christicolaspascere salvifico.

Haud secus ingemuit, planxitq; Ostgothica tellus;
Os luctu implevit: Præsule casta suo.
Ast, authore Deo, sedem cum præsulis amplam,
Ut cælum solem, condecorare videt,
Insigne in pietate virum M X V E Z/ arte Magistrum,
Viva Periclæo pondere verba loqui
Qui didicit; docuit: finxit cui svada loquelam:
Qui ingens militiæ pompa verenda sacra:
Edit & ex hilari non fictos pectore plausus;
Annos Nestorcos ut videatq;! Vovet.
Salve igitur Venerande Senex & Episcopo, salve:
Sacrum te mystam novit, ut aula, Schola;
Noverat eloqvium, divinæ munera mentis
Sala: Gothoburgum luget adhuc abitum.
Salve nunc demum patrijs(jo) reddite terris:
Et longum valeas; sed memor usq; tui

*Clientuli animo humilimo tuiq;
observantis. hac patula
properanter fundenti*

RICARDI R. Rosini,
Norcop. O-Gothi.

